Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

motus magnus per totam civitatem aq
legiam. ita ut populus clamaret mag
nis vocibus. Magnus est deus xpianorum
quem predicat beatus hermacho
ras. pauperculus nomine pusse se fugiens
beatissime. Sevastus autem preses
magno timore perterritus fugit fe
stinato ad templum iovis. et invenit
templum ita obscuratum ut ipse nichil
videret. Beatus autem valencianus
ivit ad domum sancti hermachore e
piscopi. et nunciavit ei quomodo
impiissimus frater suus decollaverat
filias suas et neptes. et quomodo
iactavit corpora earum sanctarum de alta tur
ri in aquam et lacrimabat. Tunc beatus
hermachoras episcopus cepit similiter
lacrimari. et dixit ad beatum valen
cianum. Eamus et inquiramus corpora
sancta. Erat enim nox. Tunc ceperunt
iter cum clericis et ceteris viris religi
osis. et venerunt ad domum beati valen
ciani que erat iuxta natisse flu
vium edificata ad portam valen
ciani. Et venerunt ad ripam fluminis
natisse. que vocatur ripa clemencia
na. que est ante domum valencia
ni. et ibi sedebant. Et circa primam
vigiliam noctis veniebat per medi
um flumen natisse navicula. et
duo viri navigantes in ea splen
didi. Et cum venissent iuxta dom
um valenciani ad ripam clementis.
ubi sedebat sanctus hermachoras
episcopus cum suis clericis et viris xpianis.
ibi vinxerunt ipsam naviculam. et unus
eorum dixit. Sancte hermachora episcope
ecce thesaurus quem queritis. Et
nusquam comparuerunt. Tunc sanctus her
machoras episcopus cum clericis et fidelibus

populis venerunt ad naviculam. et inve
nerunt ibi corpora sanctarum virginum. et
capita iuxta corpora posita. Tunc
levaverunt corpora sancta cum ymnis et
psalmis. et venerunt ad domum vale
ciani. et ibi cum aromatibus condierunt
corpora sancta. et ibi sepelierunt in domo
eadem in monumentis marmoreis
parvulis. Et edificavit sanctus
hermachoras ibi altare depreçante
beato valenciano. et ipsam domum
ecclesiam consecravit ad honorem sancte
et individue trinitatis. et ad hono
rem sancte et perpetue virginis mari
e. et sanctarum virginum. eufemie. doro
thee. tecle et erasme. et celebravit
ibi missam. et morati sunt ibi usque
in diem octavum cum ymnis et lau
dibus. Tunc beatus hermachoras
episcopus deprecante beato valenciano
sedem beati marci ewangeliste ibi
statuit et suam. et ibi morabatur quo
tidie cum clericis suis. Et ceperunt
viri xpiani vocare ipsam domum
matrem ecclesiam. ubi recondite sunt
sancte virgines. Beatus autem va
lencianus dedit omnes facultates suas
et predia. et servos et ancillas sancto
hermachore episcopo. Ipse autem mora
batur ibi cum eo. Tunc sanctus hermacho
ras cepit multas elemosinas facere.
de rebus valenciani. et in octavo
die baptizavit inter viros et feminas
pueros et puellas tria milia. Et
cepit xpianorum numerus crescere. ita ut
tres partes civitatis pene viderentur
xpianorum esse. Passe sunt autem beatissi
me virgines sub nerone imperatore.
et sevasto preside in civitate aq
legia quarto decimo kalendas octobris ic